Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8184
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

105

itas animi operantur ergo balnea per alacritatem, sicut artifex per instrumentum

Non intres balnea, nisi digestione perfecta

Non comedas aut bibas in aquis, nec post nisi refrigeratus ne attrahatur indigestum et fiat oppilatio

Comede in balneis bonos cibos, et infirmitati tue concessos ne dum malos humores evacuas peiores generes

Bibe in balneis ex frigoribus et aventis caue

Vino utere bene lymphato, ut sitim extinguas

Semel tantum balneeris in die, ne multa evacuato te debilitet

Tantum intres aquas quod cohoperiant humeros, nisi ulcus, aut plaga prohibeat.

In aquis contarelli et solis et lune in merge plagas

Tantum moreris in aquis quantum incipias sudare in fronte vel quantum sine fastidio stare delectet.

Egrediens aquas statim circumda te linteamine, et compone in lecto prius parato, et bene cohoperiaris

Sustine in lecto sudorem et somnum si venit

Cum sudaveris paulatim et per interpositas morulas depone cohopertimenta, et abstergere sudorem

Bene vestitus revertaris domum, et iterum quiesce set non iterum sudes

Non delecteris in mutatione balneorum. unum ex multis elige quo utaris

Dirige cursum balnei tui, ut aqua in mari semper defluat. alioquin regulariter erit frigida